

ris, ad quos observandos regulariter non astringitur; d. l. emptorem, cum similibus. Quae omnia sub brevissimo verborum compendio nos docet D. Covar. in presenti, sic aiens: His etenim leges contractibus ascriptae, vel a jure subintellecta, non aliis competunt, & Trentac. sup.

76 Ex quibus inferitur, sustinendam non esse opinionem Olea adversus Communiem, traditam sup. num. 73, quia non ratione domini solium, sed tacitae conventionis etiam, jus expellendi conductorem datur: unde quatinus dominium ad singularem successorem perveniat, deficit ei voluntas praesumpta locatoris. Nec Surdi sententiam; cum jus istud non ita personale sit, ut haeredi universali non competat, non per translationem, sed quia exceptus in ipso contractu, quemadmodum locator, existimatur. Nec P. Molin. limitationem, quandoquidem haeres ex tacita conventionne defuncti consequitur, ut propter propriam carentiam habitationis, domus conductorem ejiciat, cui pariter, ac antecessori prospere censetur; quare de persona locatoris jam defuncti curandum non est, sed inspiciendum, an haeres habitatione indigeat, nec ne?

Ibi: Effetque locus mille si audibus.

77 Hoc ipsum notat Merlin. n. 10. fraudibus attem obvian- dum est, & via pracludenda, publica, & privata utilitate suadente, sedes 15. de rescript. l. cum hi 8. §. Si cum lis. ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. de caut. stabular. l. in fundo 39. ff. de rei vindicatione Loxter. de re benefic. lib. 1. c. 38. in fine, Cyriac. tom. 1. contro. vers. 177. num. 17. Menoch. conf. 405. num. 1. Argel. de acquirend. possess. quest. 8. art. 9. num. 5. Vivian. in prax. juris patronat. lib. 5. cap. 4. n. 13.

Verf. Ex quo mihi dubia.

78 Qui in contractu locationis pacificetur de non expellendo inquilino, promissis stare compellitur, quamvis aede ad proprium usum indigeat; ne alioquin pactum inane sit: Ant. Gab. commun. lib. 3. tit. de locat. conc. 3. num. 2. Valasc. d. quest. 2. 2. num. 8. Per. Barbof. sup. num. 36. et si limitet: Grat. conf. 1. col. 3. lib. 1. Merlin. num. 15. Natta d. conf. 25. num. 2. Magon. Lucens. decis. 75. num. 2. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 49. num. 48. Cevall. d. quest. 75. num. 42. Bonacola in tract. clausular. lit. C. fol. 10. Cyriac. tom. 2. contro. vers. 229. n. 31. Decian. conf. 473. n. 4. Cancr. fusc. probans a n. 15.

Ibi: Quod mihi non probatur.

79 Contrarium verò cum D. Covar. tuerent Caroc. d. quest. 2. n. 19. Mieres sup. d. quest. 60. num. 5. Gregor. Lop. in l. 6. glof. 2. tit. 8. part. 5. Trentacinq. d. resolut. 4. num. 6. verf. Secunda est opinio, Morla in d. praesud. num. 31. Pat. Molin. num. 8. ubi limitat, nisi ex conjecturis appareat, voluisse locatam per tale pactum suo privilegio leg. aede, renunciare; quod in dubio non creditur. Ratio conclusionis est, quia tacite inest contractui locationis ne conductor intra tempus praefinitum expellatur, quare expressio ejus, quod tacite inest, nihil debet operari; 3. C. de fidejussor. maxime cum tractemus de proprii juris renunciatione, quae non praesumitur, ubi verba alio modo possunt accipi, ut ex multis late probat Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 2. 3. num. 42. 43. Quae sententia tenenda est, quanquam jusjurandum conventionem corroboret, quia intelligitur, rebus sic extantibus, & idem nova superveniente necessitate causa, non obligat, ut docent Gregor. Lop. Caroc. & alii sup.

80 Quod si expressim dictum sit, ne possit dominus etiam ad proprios usus inquilinum expellere, pactum omnino servandum est, quia privilegio dicti. l. aede, potest renunciari; Trentacinq. num. 6. in princ. Valasc. Ant. Gab. ubi proximè, Corn. conf. 103. n. 17. verf. Quarto fortius, Merlin. n. 14. Aug. Barbof. n. 25. Trentacinq. d. resolut. 4. n. 6. verf. Primus est.

Ad Num. 5.

81 De intellectu l. si filiosam. §. ult. ff. solut. matrim. Card. Lug. supra. num. 20. & latissime Per. Barbof. ibid. qui num. 2. ex aliis resolvit, mulierem, soluto matrimonio, non teneri

praeside stare locationi per maritum factae, sed solum causative, quia ni stet, debet maritum indemnem servare, si colonus ipsum pro interesse conveniat; qui tamen nullum jus, vel exceptionem adversus mulierem habet, ut rem locatam retinere possit. Idem docent Ant. Gom. d. c. 3. num. 8. Caroc. d. tract. locat. rubric. de jur. dot. quest. 7. num. 4. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conventionib. lib. 5. tit. 10. num. 13. P. Molin. disp. 492. num. 3. Cardin. Tusch. lit. L. conclus. 418. n. 55. Dueñas reg. 240. limit. 5. Jacob. Cujac. lib. 23. observat. cap. 38. Guttier. Canonicar. lib. 2. cap. 8. a numer. 39. Cancr. num. 35. Cevall. commun. tom. 1. quest. 636. numer. 23. Padilla in l. si quis a liberis, §. Si quis ex his, num. 3. ff. de agnoscend. liber. Morl. sup. d. q. 2. n. 9. verf. Sed licet. Vide infra n. 89. & 92.

82 Mulier autem idem praeside non astringitur, quia singularis successor est, qui juxta regulam l. emptorem, stare locationi antecessoris non cogitur; maxime cum succedat per extinctionem juris viri. Causative tamen obligatur, quoniam iniquum foret, ut maritus damnus sentiret, qui bona fide dotalia pro oneribus conjugii administravit, quod vitae societas, & aequitas inter conjuges servanda non patitur, Guttier. sup. num. 42. verf. Nihilominus Petr. Barbof. num. 14. Unde infero, quod si mulier dotem repertat, matrimonio constante, quia vir ad inopiam vergeret, ex l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot. praeside stabit locationi, quoniam jus viri non omnino extinguitur, sed suspenditur; nec mulier in plenum jus succedit, sed in administrationem bonorum; nec a lege facultatem habet veniendi contra factum mariti, nisi quatenus expedit dotis securitati, cui ex locatione nullum periculum imminet.

Est ad d. §. sm. adnotandum, quod licet ibi cautio jubeatur 83; interponi, ut mulier de indemnitate suo viro teneatur, nihil intererit, si fuerit omiffa; nam jure ipso ad idem est astricta: Anton. Gom. sup. Caroc. d. quest. 7. numer. 9. Mozz. sup. titul. de reb. que locat. pos. numer. 5. 6. Guttier. ubi proximè.

84 Illud etiam animadvertere oportebit, mulierem nec causative ad implementum locationis obligari, quoties conductor tempore contractus, vel a viro monitus, vel aliunde certioratus agnovit rem esse dotalem, quae a viro locabatur, cum agere ad interesse non possit adversus locatorem, siquidem casu usus rei locatae impeditur, id est, matrimonii solutione, quem colonus a principio praevitit, Pat. Molin. ubi proximè, quemadmodum observatur in majoratus possessore, emphyteota, usufructuario, & aliis, qui res restitutioni subiectas locant, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 8. cum seqq. Pat. Molin. disp. 491. num. 3. Sed si maritus ignoranti rei qualitate eam locaverit, nec apparuerit dotalem esse, jure ad interesse convenitur: idemque erit si expressim ad id se obligaverit in casum soluti conjugii; tuncque mulier refarcire debet, quod maritus solverit, quia conjugii causa contraxit, Pat. Molin. disp. 492. num. 3.

Si quid verò solutum est anticipatè marito, nullo modo 85 uxori imputabitur, sive ejiciat colonum, sive non; ipse autem id a marito, vel ejus haeredibus condicere poterit Amat. variar. lib. 1. resolut. 29. num. 15. Cacheran. decis. 373. n. 54. lib. 3.

86 Haec quae ex d. l. si filiosam. §. ult. deducuntur, aliter hodie apud nos se habent, si quidem mulier praeside viri locationem implere cogenda est propter bonorum societatem, quae inter conjuges inicitur ex legibus Regiis, quae extant sub tit. 9. lib. 5. Recopilat. quoniam maritus utriusque nomine, & utilitate locat tanquam familiae, ac societatis caput, ac universalis bonorum administrator, P. Molin. ubi proximè. Nec refert, societatem, soluto matrimonio finiri, cum, est ita sit, locii, eorumve haeredes nequeant resiliere a negotiis, & contractibus nomine societatis inchoatis, antequam perficiantur; l. haeres 40. l. actione 66. §. Morte; ff. pro socio. Ant. Gom. d. lib. 2. variar. cap. 5. num. 6. verf. Item etiam P. Molin. disp. 414. n. 1. 4. Guttier. practicar. lib. 2. quest. 130. num. 2. Sed hoc limitandum venit, si mulier lucris matrimonialibus renunciet; quo casu ex viri contractibus non obligatur, quanquam, ut dictum est, communi nomine celebren- tur; l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopil. Guttier. ubi proximè.

Omnia

87 Omnia praemissa de bonis dotalibus sunt accipienda; nam quoad paraphernalia, etiam de jure communi, dicendum est, mulierem praeside ad explendum tempus locationis post solutum conjugium obligati, quia maritus nomine ipsius mulieris administrat, ac contrahit; Caroc. sup. num. 10. Pat. Molin. disputat. 492. numer. 2. Ant. Gom. d. cap. 3. num. 8. verf. Ex quo inferitur. Petr. Barbof. nu. 7. Guttier. d. cap. 8. n. 43. August. Barbof. cum alijs, in d. l. emptorem n. 30.

88 Ex praemissis constat, mulierem non posse resiliere a loca- tione earum rerum, quas constante matrimonio, acquisitas maritus locaverit; quamvis ad eam pro parte ex statuto pertineant, ut apud nos; nam a lege liberrimam obtinet administrationem, l. 5. titul. 9. lib. 5. Recopilat. & praeterea ratione societatis tenetur, ut dictum est n. 86 ita sentit Morquech. de divisione bonor. lib. 2. c. 12. nu. 17. Guttier. d. q. 130. Mattieng. in l. 2. glof. 1. n. 20. 21. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Nec hoc casu locus est limitationi, de qua sup. num. 86.

Ibi: Contrarium tamen placuit.

89 Sed mulierem ad explendum tempus locationis de rebus dotalibus per maritum contractae praeside compellendam, sentiunt contra laudatos sup. n. 81. Panormitan in c. ult. n. 8. ne Pralat. vic. Juas, Cotta in memorabilib. verb. success. Sylvest. in summ. verb. locatio, n. 11. Benintendis decis. 54. Lafact. de Decim. vendit. c. 18. n. 98. Card. Lug. n. 23. & alij apud Roland. conf. 49. n. 5. lib. 2. & Petr. Barbof. in d. §. fin. in princip. Quibus addere videtur novissime Olea tit. 4. q. 8. n. 42. ubi absolute ait, mulierem ad locationem viri post solutum matrimonium esse obligatam; cujus sententiae fundamenta adducit, ac refellit Petr. Barbof. & praecipuum est, quod mulier ex causa necessaria succedit; at ex hoc nequaquam sequitur, ut contractui stare teneatur, sicut probat Petr. Barbof. a n. 3. G. eg. Lop. in d. l. 2. glof. ult. tit. 8. part. 5. diximusque sup. n. 19. Quare a conclusione tradita sup. n. 81. resiliendum non est.

Ibi: Siquidem tutor res minoris locat.

90 Minor recedere nequit a locatione, finita tutela, per tute- torem de rebus ejus, dum administrabat, contracta; Caroc. sup. rubric. de tutor. & curatorib. quest. 6. num. 1. Pat. Molin. disp. 492. n. 1. Mantic. d. tit. 10. n. 23. Ant. Gom. ubi proximè, Gratian. discept. cap. 37. n. 13. Petr. Barbof. num. 1. in fin. Surd. decis. 299. num. 2. Guttier. de tutel. part. 2. c. 20. num. 6. Menchac. de successione. creat. lib. 1. §. 10. numer. 78. verf. Nunc vi- dendum, Roland. d. conf. 49. num. 7. Morl. d. l. quest. 2. n. 10. 11. Idem est de curatore, Cardin. Lug. nu. 24. verf. De minore.

91 Quid de locatione ad longum tempus? Caroc. d. q. 6. n. 9. respondit, minorem utique teneri, & hoc de mente DD. omnium esse; quamvis ipse dabitur, cogitandumque relinquitur; sed veritas est, quod obligatur; nam fundamenta, quae Carocium titulare fecerunt, non urgent; & praeterea cum hujusmodi locatio fieri debeat Judicis decreto interveniente, quia species alienationis est, Ari. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 64. C. de bon. matern. Boer. decis. 234. n. 3. Menchac. ubi proximè, verf. Unde tutor, Caroc. nu. 5. nulla est ratio, ne locatio haec subsistat, usque ad tempus praescriptum; siquidem caeterae alienationes sic factae perpetuo permanent, nocentque minori; cui tamen restitutionis auxilio succurreret, si se laesum in locatione doceat.

Ibi: Sed nihilominus non omnino.

92 Uxor praeside stare debet post solutum matrimonium locatam celebrata de rebus dotalibus per virum ad modicum tempus, ut ad annum, quoniam hoc aequitati, bonaeque fidei consentaneum est; Caroc. d. rubric. de jur. dot. q. 7. n. 6. Guttier. d. cap. 8. nu. 44. in fine, Dueñas regul. 240. limit. 5. Olasch. dec. 82. in fin. Cevall. d. q. 636. ad fin. Duaren. in l. si filiosam. §. ultim. ff. solut. matrim. Cagnol. in l. 2. n. 21. C. de pact. int. emptor. & vendit. nec dissentit Gregor. Lop. d. glof. ult. ad fin.

Sed nec ad annum mulierem teneri praeside colono, la-

re probat Petr. Barb. a num. 8. cujus sententia in puncto juris verior apparet ex adductis per ipsum, eritque omnino amplectenda, si mulieris ex aliqua urgenti causa interfit, praedictum sibi statim restitui; semper tamen conductori resarciendum est, si quid locationis gratia expenderit, ut si sumptus fecisset ad culturam pro eo anno necessarios; nec non considerandum est damnum, quod colono inferatur, si jam tempore lapsio, quo agri locati solerent, ab eo, quem conduxerat, expellatur; ex quo ipse vacaret, nec lucraretur, quod proprio labore, & industria posset. Quibus perpensis aequissimum erit, D. Covar. opinionem communem practicari.

94 Eadem procedunt in locatione ad longius tempus, velu- ti ad triennium, vel quinquennium; si ager locatus non ferat singulis annis fructus, sed intra tres, vel quinque annos: totum enim illud tempus pro uno anno quoad culturam computatur, Gregor. Lop. ubi proximè, Caroc. nu. 7. Bald. in l. si quis domum. ff. locat. Campeg. de aot. p. 3. q. 272. Nec aliud juris erit, si ager annuos fructus reddat, sed inaequales, ac diffformes, ut si primo anno frumentum seratur, secundo herba pascatur, tertio alij fructus colligantur; nam si locetur per maritum ad triennium; anteaque conjugium dissolvatur, intra primum annum, vel secundum colonus expellen- dus non erit, admiffa D. Covar. sententia, antequam in integrum triennium labatur, nam locatio dividi non potest. Ita de successore in beneficio agens, docet Tondut. questio. benefical. part. 1. cap. 66. n. 6. Gratian. discept. cap. 606. n. 19. Caroc. rubric. de usufructuar. quest. 12.

Verf. Quid autem è contrario.

95 Maritus, cui res locata in dotem datur, potest conducto- rem uxoris, vel soceri ante finitum locationis tempus expellere, ita ut nec causative ad persilendum in locatione teneatur, P. Molin. disp. 492. n. 4. Caroc. n. 22. Guttier. d. c. 8. n. 46. Mantic. n. 9. Surd. doc. 52. & 290. C. Lug. n. 24. A quibus immerito recedit Petr. Barbof. n. 15. qui opinatur, idem in viro succedente per dotis receptionem esse servandum, ac in muliere diximus ex eod. §. fin. ut scilicet causative stare loca- tioni teneatur; at inter eos diversa admodum militat ratio.

Ibi: Ipsi tamen post Cumanum.

96 Proximam resolutionem limitant cum D. Covar. hic, pro ea nuper laudati, quando tempore dotis constituta maritus sciebat, rem dotalem esse locatam, quia censetur locationi consentire; sed Guttier. contrarium verius putat, & Pat. Molin. asserit id non probati per Glossam a D. Covar. allegatam, & ita verum est. Potest tamen defendi haec limitati- secundum communem DD. assertionem, cujus meminimus sup. n. 24. qui docent, singularem successorem colonum expellere nequire, cum tempore emptionis, alteriusve contractus non ignorabat, rem esse locatam. Quod in hac specie facilius erit admittendum propter mutuum conjugum benevolentiam, ex qua praesumendum est, maritum loca- tioni consentisse, ne conjux ad interesse teneatur ejecto colono.

97 Sed si vir locationi stet, solutiones anticipatè factas uxori, vel socero, qui locavit, repetere ab eisdem poterit; non autem a colono, qui domino irrevocabili solvit re- cte, etiam anticipatè, & ita securus est; Amat. variar. lib. 1. resolut. 29. n. 16. qui limitat, quando maritus scivit anticipatas solutiones, cum dos promittebatur, quia exigere eas non poterit; quod dubium videtur, cum donatio praesumatur, contra regulam l. cum de indebito 25. ff. de probat. & quae ibi notantur per Scribentes.

Ad Num. 6.

98 De his consulas Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 13. a n. 16. P. Molin. disput. 492. n. 5. Tondut. sup. d. c. 66. a princip. Petr. Barbof. in d. §. fin. n. 17. cum alijs, Caroc. d. rubric. de reb. Eccles. Guttier. Canonicar. lib. 1. c. 36. Gratian. disceptat. cap. 37. ex n. 18. August. Barbof. de potestate. Episcop. part. 3. allegat. 94. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 8.

de locat. cap. 6. quest. 7. Tufch. lib. L. conc. 419. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de locat. & conduct. resolut. 3. & alios per plures apud Aug. Barbof. num. 1.

Verf. Primum, esse omnino distinguendum.

99 Hac eadem distinctione utuntur Pat. Molin. sup. Augustin. Barbof. d. nu. 1. & in collectan. ad cap. fin. num. 6. ne Prælat. vic. suas. Marefc. variar. lib. 1. cap. 18. num. 5. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 27. Caroc. sup. nu. 5. 7. Petr. Barbof. num. 19. 22. Tondut. num. 1. Guttier. sup. lib. 2. cap. 8. numer. 71. Peregrin. de fidei commiss. artic. 40. num. 9. 8. Trentacinq. num. 9. Card. Lug. num. 2. 4. verf. Hoc idem, & alij mox referendi.

Verf. Secundum, etiamsi.

100 Prælati, Canonici, vel Beneficijarius quilibet non astringitur stare antecessoris locacioni, quam de rebus ad Dignitatem præbandam, aut beneficium spectantibus pro sua utilitate fecerit; Molin. uterque, Card. Lug. Trentacinq. Marefcot. August. Barbof. Tondut. & alij proximè relati, Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 2. q. 12. num. 10. Morla sup. d. quest. 2. num. 20. Francisc. Marc. decis. 564. n. 3. part. 2. Guttier. d. c. 36. num. 5. Duenas reg. 240. ampliat. 3. Gregor. Lop. in l. 2. glof. 4. post princip. tit. 8. part. 5. Mantic. d. lib. 5. tit. 10. num. 22. verf. Et quidem successor, Menchac. usufruct. lib. 3. c. 52. n. 7. Anton. de Marin. quotidianar. resolut. lib. 1. c. 259. n. 18.

Ratio est, quia singulares successores, quales sunt hi, de quibus agitur, non tenentur prædecessorum contractus observare, quorum jus penitus extinguitur, nec possunt successores, quibus nihil tribuunt, onerare, ut notat Marefcot. cum alijs omnibus nuper adductis.

102 Et licet colonus anticipatè prædecessori pensiones pro futuris annis persolverit, non idè magis successor stare cogitur locacioni, in d. licet in ea perseveret, iterum exiget à conductore redditus, ex quo sibi cœperunt competere, ipse verò conductor repetet ab hæredibus beneficiarij, cui solvit; Tondut. num. 33. Amat. d. d. resolut. 29. num. 27. Caroc. sup. concl. 20. num. 75. Petr. Barbof. num. 21. Menoch. conf. 1134. n. 6. August. Barbof. d. allegat. 94. num. 5. 7. Trentacinq. num. 7. Gigas de pensio. ib. quest. 88. Quod limitandum est; si scholasticus fructus sui beneficij, ut studijs incumbere possit; locet ad triennium, vel ad aliud brevius tempus, & pro toto triennio anticipatè pensiones recipiat; nam si ante decedat, quam locatio finiatur, successor nisi eas solverit colono, stare compelleret locacioni, nihil pensionum nomine receptorus; Rebus. de privileg. scholar. privileg. 26. August. Barbof. num. 9. Tondut. num. 37. De quo vide Trident. sess. 25. de reformat. cap. 11. ubi prohibentur locaciones per anticipatas solutiones fieri, non obstante privilegio quocunque.

103 Principalis conclusio diversimodè solet limitari, ut videre est apud August. Barbof. ex num. 2. & Caroc. concl. 9. num. 57. cum segg. Ex quibus una est frequentissima, ut scilicet successor ad locacionem teneatur pro eo anno, quo beneficijarius qui locavit, decessit, ne colonus in damno vertetur propter sumptus ad culturam factos, ita Caroc. concl. 13. n. 61. Gratian. sup. c. 606. n. 17. Tondut. n. 5. Marefcot. n. 7. in fin. Surd. decis. 52. n. 10. Francisc. Marc. decis. 197. n. 9. part. 2. August. Barbof. n. 3. Cacher. decis. 82. n. 10. Trentacinq. n. 10. Idem per contrarium dicendum est de colono, qui pro eo anno recedere à locacione, invito beneficiario nequibit, Trentacinq. d. n. 10. verf. Hac conclusio, Francisc. Marc. decis. 102. in fine, part. 1. Aug. Barbof. ubi proximè Aloyf. Ricc. in prax. for. Ecclesiastic. resolut. 97. n. 5. in 2. edit. Quod intelligit ut sup. n. 94.

104 Altera limitatio est, quòd ubi fuerit consuetudo obligans successorem in beneficium ad standum locacioni antecessoris, servanda erit; Caroc. concl. 14. num. 63. Francisc. Marc. decis. 244. part. 1. August. Barbof. num. 4. Ricc. sup. num. 8. Quaranta in summ. Bullarj, verb. alienatio. num. 19. & in Gallia ad tollendas fraudes in Tribunalibus frequentissimè observati, ut locacioni per successores stetur, testatur post alios Tondut. n. 31.

Utrum colonus electus per successorem ante finitum 105 locacionis tempus agere ad interesse contra heredes beneficiarij, qui locavit, possit: late disputat Guttier. d. c. 36. ex n. 16. cum quo tenendum est, quòd si beneficium ad alium perveniat factò locatoris, ipse, vel fidejussores, aut heredes manent astricti ad interesse colono solvendum pro futuris annis, usque ad tempus præscriptum: Si verò morte, aliave causa præter voluntatem, aut factum possessoris beneficium in alium transferatur, nulla actio dabitur conductori, quia casu fortuito usus rei impeditur; quare nihil exigere poterit, nisi quicquam anticipatè solverit, quòd repetere non prohibetur. Idem docet Petr. Barbof. in d. §. fin. num. 22. August. Barbof. n. 11. 12. & colligitur ex traditis per P. Molin. disp. 493. n. 15. & Molin. d. c. 21. à n. 8. Et procedit quanquam colonus expensas fecerit pro integro locacionis tempore, quoniam sibi imputare debet, qui prævidere potuit casum mortis beneficiarij, à quo conducebat, quo locatio intemptivè finiretur, ut Molin. & Aug. Barbof. asserunt. Quæ resolutio limitatur quoad secundam partem, si beneficiarius locasset rem Ecclesiæ, ut patrimoniale, ejus qualitatem ignoranti, Guttier. num. 19. Aug. Barbof. n. 13. Molin. (licet in successore majoratus loquatur) n. 11. Aut si beneficiarius de evictione cautionem interponeret, obligans se ad interesse pro toto locacionis tempore, quia ipse, fidejussor, vel hæres poterit conveniri, ut pactio fieri, quamvis casu rei usus impediatur; August. Barbof. num. 14. Guttier. num. 23. qui à n. 27. limitat etiam de jure Regio, ex l. 9. tit. 17. p. 1.

Ibi: Que quidem procedit.

Hoc speciale non est, sed generaliter in materia locacionis observatur, nec claudicare contractus potest, ut dictum est sup. n. 2. & in specie notant Molin. num. 4. Caroc. conc. 20. n. 78. P. Molin. disp. 492. n. 5. Aug. Barbof. n. 15. Guttier. n. 12. Petr. Barbof. n. 19. Trentacinq. n. 5. Redoan. de reb. Eccles. non alien. §. 1. An Prælati, n. 5.

Ibi: Idem erit ubi Rector Ecclesiæ.

De hoc consulas Tondutum late disputantem à num. 12 107 qui cum D. Covar. in præsent. resolut. beneficijarium succedentem per renuntiationem, vel resignationem etiam in favorem, non teneri ad continuandam locacionem ab antecessore factam; idem probant Trentacinq. nu. 8. Petr. Barbof. ubi proximè, Flamin. de resignat. beneficior. p. 1. q. 26. n. 47. Ant. de Marin. d. c. 259. n. 11. Redoan. sup. pag. 342. n. 6. P. Molin. ubi proximè, Guttier. num. 6. Cancr. variar. p. 1. c. 14. n. 45. Ratio est, quia cum singularis successor sit, locacioni non astringitur, juxta regulam l. emptorem; ex qua constat, nihil interesse, quòd voluntate antecessoris succedatur; nam hoc onerat alienantem, ut de evictione teneatur, non eum, qui emit, vel aliter rem acquirit, ut notat Tondut. n. 16. 18.

108 Sed contrarium placuit Gratian. d. cap. 606. nu. 20. Surd. de aliment. tit. 9. q. 42. n. 13. Hodiern. ad eundem, decis. 33. n. 4. Merlin. sub. d. q. 22. n. 14. qui moventur communi doctrina, quæ habet, proprietarium teneri ad locacionem per usufructuarium factam, quando consolidatio usufructus cum proprietate fit ex voluntate usufructuarij. At sustinendo priorem communem sententiam, respondendum est, quòd et si concedatur (quod difficultate non vacat) proprietatis dominum, ad quem usufructus voluntate locatoris pervenit, non posse à locacione resilire; diversa tamen in beneficiario ratio militat, siquidem in usufructuario, & simili-bus, successor jus, ac causam habet à renuntiante, vel cedente; successor verò beneficij, etiam per resignationem in favorem illud à resignante non recipit immediatè, sed à superiore conferente, Roman. conf. 201. n. 5. Alex. conf. 63. n. 11. 12. lib. 4. Ita Tondut. n. 26.

Verf. Tertium, in hac questione.

Hujus questionis fundamenta pro utraque parte refert Petr. Barbof. à n. 17.

Verf.

Verf. Ego verò.

109 Nemini dubium est, quin Prælati, vel Rector Ecclesiæ possit propria autoritate res ejus ad triennium, aut infra locare, Clement. 1. de reb. Eccles. Bald. in l. jubemus nulli, n. 4. verf. Quod a rem, C. de Sacrosanct. Eccles. Caroc. conc. 2. n. 7. Petr. Barbof. n. 25. & alij mox referendi.

Ibi: Quod si locatio fieri potuit.

110 Locatio ritè facta per Rectorem Ecclesiæ, ejus nomine, ac pro ipsius utilitate de rebus Ecclesiasticis, est per successorem omnino servanda ad tempus conventionis præfinitum, Marefcot. num. 5. Barbof. senior n. 22. Tondut. n. 1. P. Molin. disp. 492. n. 5. Caroc. sup. conc. 2. n. 7. August. Barbof. n. 11. & in collectan. ad c. ult. n. 6. ne Prælat. vic. suas. Cavalcan. decis. 44. n. 31. Guttier. sup. d. cap. 8. n. 71. Mantic. ubi proximè, n. 22. verf. Et quidem successor, Lassart. de Decim. vend. cap. 18. nu. 97. Franc. Marc. decis. 196. n. 8. p. 2. Trentacinq. num. 9. Thom. Delbene de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 17. dub. 24. n. 6. & cap. 18. dub. n. 4. Quo casu pensiones anticipatè solutas successor debet approbare, si in utilitatem Ecclesiæ veritas fuisse contiterit; alias iterum à colono exigentur, Petr. Barbof. cum alijs, numer. 27. Tondut. n. 33. 37. Ferret. conf. 151. num. 2.

Ibi: Sicut tenetur tutor, qui alteri tutori.

111 Tutor, aliufvè similis administrator, si in alterius locum subrogetur, antecessoris locacioni legitimè stare compellitur, Tondut. n. 2. Caroc. rubric. de tutor. & curatorib. q. 6. n. 2. 3. P. Molin. d. n. 5. ad fin. Petr. Barbof. n. 23. Guttier. de tutel. par. 2. c. 20. n. 7. Delbene sup.

Ibi: Nec refert, sit utilis locatio Ecclesiæ.

112 Communiter DD. requirunt, ut in specie, de qua agimus, successor stare debeat locacioni, quòd contractus utilis sit Ecclesiæ; ut constat ex Trentacinq. d. n. 9. Caroc. conc. 2. ex n. 7. Sed nihilominus verum est, quòd in præsent. DD. Covar. docet: scilicet locacionem quoad successorem subsistere, etsi damnosa fuerit, aut non utilis Ecclesiæ, nisi restitatio in integrum ad verus eam postuletur; nam communis opinio non explicat, qua via à locacione successor recessurus sit, atque ita est intelligenda, ut, obtento restitutionis auxilio, colonus expellatur; prout sentiunt Petr. Barbof. n. 23. Redoan. pag. 343. n. 8. Guttier. & P. Molin. ubi proximè, Caroc. d. concl. 2. n. 14. Delbene sup. n. 7.

Verf. Sic sane, si Rector alicujus Hospitalis.

113 Rector, sive administrator alicujus Hospitalis ad tempus constitutus, si legitimè locet prædia propria Hospitalis, ejus nomine ad longius, quam administratio est permansura, successor resilire à contractu ante finitam locacionem prohibetur; P. Molin. d. n. 5. in fin. Guttier. d. c. 20. n. 8. Roland. conf. 49. n. 7. lib. 2. Petr. Barbof. n. 7. Caroc. d. conc. 2. n. 7.

Verf. Idem dicas.

114 Idem de Rectoribus Civitatum docent etiam DD. proxime laudati.

Verf. Ult. Ibi: Non idem erit.

115 Quamvis Beneficiarius, sive Prælati locet prædia Ecclesiastica, quorum fructus ad se pertinent, nomine Ecclesiæ; non idè successor stare tenetur locacioni, quæ restricta intelligitur ad tempus, quo locator beneficio, vel dignitate fungatur; Petr. Barbof. n. 19. Guttier. d. cap. 36. num. 5. Tondut. n. 3. Trentacinq. n. 9. verf. Ex hac conclusione, Alexand. conf. 160. n. 4. Idem erit, si expressio obliget successorem, cum non possit, Marefcot. n. 6.

116 Ratio est, quoniam Prælati nullum jus in successorem transferunt, ut cum stare suo contractui valeat obligare. Nec interest, quòd asserat se nomine Ecclesiæ locare, ejus nulla veritatur utilitas; quare in eo actu non ut administrato-

rem se gerit, sed tanquam jus in re habentem: quòd cum ita sit, natura & veritas rei verborum prætextu non immutatur, l. 1. & per tot. C. plus valere quòd agitur, quam quòd simul, concip. Guttier. d. c. 36. n. 5. 6. Petr. Barbof. n. 29.

AD CAPUT XVI.

De locacione honorum Ecclesiæ, ubi & nonnulla de alienatione notantur.

SUMMARIUM.

- 1 De materia agentes.
- 2 Alienatio honorum Ecclesiæ, juris solemnitatibus non servatis, est nulla.
- 3 Prælati, aut beneficiarius, an valeat fructus ad dignitatem, vel beneficium atinentes, ad longum tempus locare? ad num. 8.
- 9 Locatio ad longum tempus de rebus Ecclesiæ non consistit, & quantum longum tempus dicatur, ad n. 12.
- 10 Ex locacione ad longum tempus utile dominium transferatur, sed pacto impediri potest. 13. 15. 16.
- 14 Quibus alienatio prohibetur, locare ad longum tempus non licet.
- 17 Conductor possessionem non querit, sed si ad longum tempus conducat, obtinet naturalem.
- 18 Prælati jurans non alienare bona Ecclesiæ, num valeat ea ad longum tempus locare? & num. 19.
- 20 De forma, qua hujusmodi juramenta fiunt, & quomodo intelligantur.
- 21 Alienationis verbo quando locatio ad longum tempus contineatur.
- 22 Verba ita accipi debent, ut delictum excusetur, & pœna.
- 23 Juramentum ita debet intelligi, ut quantum minus possit, juramentum astringat.
- 24 Emphyteuta locans ad longum tempus, domino irrequisito, an incidat in pœnam caducitatis? usque ad n. 26.
- 27 Locatio honorum Ecclesiæ ad vitam, non servatis solemnitatibus juris, non tenet, quid si locetur ad vitam senis. num. 30. 31.
- 28 Quid si locetur ad voluntatem contrahentis, aut alterius.
- 29 Quid si ad tempus incertum.
- 32 Inter Prælatos Regulares, & Seculares differentia quoad locacionis tempus.
- 33 Locatio rerum Ecclesiæ ultra triennium, omisso solemnitatibus juris, nulla est. Ampliatur, etsi juramento confirmetur. 34.
- 35 Episcopali constitutione triennium restringi potest, sed non extendi.
- 36 Locatio rei Ecclesiastica num valeat, si exprimat, plures, contrahi locaciones, per singula triennia? ad numer. 40.
- 41 Locatio rei Ecclesiæ ultra triennium, an intra illud sustineatur? de quo usque ad n. 51.
- 52 Locatio hac non vitatur, si res singulis annis fructus non tulerit.
- 53 Mandatum ad locandas res Ecclesiæ intra tempus permisum, triennio elapso, non finitur.
- 54 Extravag. Ambrosiæ, de reb. Eccles. int. commun. num. si usu recepta.
- 55 Lex usu non recepta non obligat? de quo ad n. 59.
- 60 Lex jam recepta, contraria consuetudine abrogatur, & quanto tempore? n. 61.
- 62 In Hispania d. Extravag. Ambrosiæ, recepta est quo ad nullitatem contractuum; secus quoad pœnas.
- 63 D. Covar. quid senserit circa fructuum beneficiorum locacionem.
- 64 Contractus nulli ex defectu solemnitatum valent, si Ecclesiæ velit.
- 65 Quid circa locacionem honorum Ecclesiæ S. Concil. Trident. statuerit.
- 66 Virum Alienationis verbum hypothecam continet? & nu. 67.